Anna à Stemberg Kostczanka Abbatissa Conuentus Jaroslauiens
et ips posteritati inscribit et obligat praesentibus inscriptionem
praesentem ex hisce Actis Castrensibus autentice depromptam ad
Acta Terrestria Premislien ante decursum unius anni trans-
ferre et transportare Idque sub vadio duorum millium et ducento-
rum floren pecun polon per praefatum Gnosum Stanislaum Zgorzelski
et ips posteros praefata Religiosa Abbatissa Conuentus Jarosla-
uiens et ips posteritati ob non transportationem inscriptionis prae-
sentis pro tempore et loco supra expressis ad soluendumque succumbere
pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad soluendum
succubitt ac pro re aliqua praesenti non completa complendaque prae-
missis citatus ex nunc memoratus regnt Gnosus Stanislaus Zgo-
rzelski et ips successores ad instantiam praenominati Religiosa Ab-
batissa Conuentus Jaroslauien aut eius posteri Ad officium prae-
sens Castren Capitan Premislien ex nunc recessu suprascripto quoad
respondendumque spectat mediante semper in primo citationis ter-
mino tanquam peremptorio stare iuri parere vadere vadia praeta-
cta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati
debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad haec omnia obli-
gat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequen-
tes eiusdem Causae terminos semper peremptorios vera in firmita-
te pro maiori minorennitate successorum legorum intra vel extra Regnum
seruitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusuis

dillationibus

Sex 14 fol 6



dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad qui-
etationem ultra proximos Terminos officii praefati Castren Premi-
slien dillationem sibi non recipiens nullasque modo nec appellatio-
nes earumque prosecutiones faciendo ac praemissa omnia parvis simpli-
cibus vel tricatis orationibus suspensionibus fatalibus iuribus prae-
scriptione Terrestri bello Conuentioneque et aliis omnibus iuris re-
mediis et defensis non subterfugiens hac sua praesenti inscriptione ad
praemissa omnia mediante.

## Ligeza Castellano Sendomiri-ensi Obligat

Ere Cod

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitanea-
libus Premislien Gnosus Joannes Ligeza de Bobrek olim Gnosi Andreae
filius sanus mente et corpore existens à suis districtibus iuri-
bus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedens
huic autem iurisdictioni Castren Capitan Premislien quoad actum hunc
praesentem se cum successoribus bonisque suis omnibus plenarie incorporando
palam libere ac expressum recognouit. Quia ipse nomine suo et Ge-
nerosi Hyacinthi Ligeza fratris sui germani pro certis rationibus
cauet et se praesenti sub vadio infrascripto inscribit bona sua et praefati
fratris sui haereditaria indiuisa videlicet totam et integram villam
Zwienczyca cum Curia et praedio ibique sitis ipsum et praefatum
fratrem suum post praenotatum patrem suum concernens siue alio quouis
modo acquisitis in terra praesenti et districtu Preworscen consistens
cum omni praemissionem iure dominio et proprietate cumque omnibus et
singulis bonorum praefatorum item utilitatibus fructibus prouentibus agris

pratis campis sylvis stagnis molendinis tabernis subditis coniug.
laboribus censibus dationibus obventionibus attinentiisque
et pertinentiis universis nullis exceptis generi per speci.
em et e contra non derrogando verum ita late longe circumfe
rentialiterque prout eorundem bonorum haereditas se in suis me.
tis et limitibus extendit et prout eadem bona solus tenuit ha.
buit et possidebat nihil pro se et suis successoribus ibidem
iam ex nunc Illustri et Mag<sup></sup>co Nicolao Spytek Ligeza de Bobrek
Castellano Sendomiriensi Dziezens Nobczycensique [illegible] Capitaneo
et ipsius successoribus [illegible] decem millium floren. pecun. polon.
monetae et numeri in Regno currentis florenum quemlibet gros.
sis triginta polon. computando veri et liquidi debiti ab hinc
ad festum Sanctorum trium Regum proxime et immediate venturo
et incidens Et in defectu solutionis exemptionis et summae suprascri.
ptae decem millium floren. pecun. polon. repositionis ex tunc de
anno ad annum annis et festis continue et immediate se sequentibus
usque ad exemptionem et summae suprascriptae solutionem integram
indivisam persolutionem obligavit invadiavit et modo obli.
gationis inscripsit prout de facto obligat invadiat et modo obliga.
tionis inscribit praesentibus Etiam ex nunc eidem recognoscens
eidem Castellano Sendomiriensi et eius
successoribus in bona suprascripta ob.
ligata dat et admittit praesentibus

praesentis realem



praesentibus realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem
per Ministerialem quemcunque sibi ad id duxerit eligendum iam ex nunc
ab officio praesenti ipsi additum per ipsum Castellanum Sendomirien.
sis et eius successores bona suprascripta modo obligationis in sum.
ma superius expressa tenendi habendi possidendi pacifice et quiete
usufruendi ad usumque suum et suorum successorum beneplacitos quos.
vis libere convertens usque ad exemptionem. Nihilominus idem generosus
Generosus Joannes Ligeza se et suos successores in et super bonis suis
omnibus eiusdemque quibusuis pecuniariis habitis et habendis
eidem Castellano Sendomiriensi et eius successoribus inscribit et obligat
praesentibus eundem Castellanum Sendomirien. et eius successores in
dictis bonis obligatis et ratione eorundem bonorum ab omni impetitione iuri.
dica omnium et singularum personarum status sexus et conditionis
cuiusvis existen. in omni Iudicio et officio Regni toties quoties
opus fuerit tam in toto quam in parte usque ad exemptionem haereditariae
certe intercedere et eliberare Nec non bona praefata obligata ab omni
bus iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus nec etiam a quibus
vis citationibus in eadem bona importatis et importandis lucris damnis
et pluribus ac processibus iuris quibusvis in eisdem bonis obtentis
et obtinendis emundare et eliberare ita ut eadem bona obligata idem
Castellanus Sendomirien. cum suis successoribus quiete et paci
fice possidere queat. Nec debet Generosus Ligeza eiusmodi intromissionem
coram officio praesenti admissam in eisdem bonis obligatis eidem
Castellano Sendomirien. et eius successoribus denegare imo tenebitur cum

suis successoribus eandem reatum dare et libere admittere datamque ad-
missam tam per se quam per suas qua suis submissas et subordina-
tas personas tam in toto quam in parte non adimere nec impedire
et in eisdem bonis ipsum Castellanum Sendominien. et eius successores
non iniuriari. Idque sub vadio simili Decem millium floren. pecuniae
polon. per eundem regentem et eius successores praefato Castellano Sendomi-
nien. et eius successoribus ob non completionem promissorum tam in
toto quam in parte ad soluendum totiens quoties opus fuerit succumbens.
Praeterea idem regens Generosus Joannes Ligeza se et suos successores
in et super bonis suis suprascriptis omnibus eidem Castellano Sendo-
mirien. et eius posteris inscribit et obligat praesentibus praefatum Hia-
cinthum Ligeza fratrem suum germanum cum assisten. duorum amico-
rum ipsius de linea paterna consanguineorum proximiorum vel eius
successores ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis ha-
bentia ante decursum medii anni ad approbandum per ipsum ex eius in-
teresse inscriptionem praesentem obligationis bonorum suprascriptorum Zwier-
czyca vel similem faciendam adducere et personaliter statuere. Necnon
diuisionem cum ipso Hiacintho Ligeza fratre suo germano bonorum
suorum hereditariorum facere bonaque eiusmodi Zwierczyca per se
recognoscen. et sua diuisione ac sorte diuisionis intra decursum tempo-
ris suprascripti medii anni obtinere ac caetera promissa ipse Hiacinthus Lige-
za exequatur ab ipso efficere. Ad tempus vero statutionis eiusque
[illegible] Hiacinthi Ligeza et promissorum adimpletionis tenebitur idem
regens cum suis successoribus eundem Castellanum Sendominien. et eius

successores.



ab omni impetitione iuridica eiusque Hiacinthi Ligeza et eius successorum
ex re persona et occasione eius successorumque ipsius in omni Iudicio et offi-
cio Regni exorien. tam in toto quam in parte totiens quoties opus fue-
rit liberi eumque evincere intercedere et eliberare. Idque sub vadio similis sum-
mae Decem millium floren. pecun. polon. per eundem regentem et eius suc-
cessores praenominato Castellano Sendominiensi et eius successoribus ob non
completionem promissorum ad soluendum succumbens. In super idem regens
se et suos successores in et super bonis suis omnibus eidem Castellano
Sendominiensi et eius successoribus inscribit summam suprascriptam obli-
gatoriam eidem Castellano Sendominiensi et eius successoribus in vim exem-
ptionis bonorum suprascriptorum obligatorum dum et quando per ipsum Castel-
lanum Sendomirien. vel eius successores quolibet anno durante eiusmodi
obligatione Duodecim septimanis ante expirationem cuiuslibet anni exem-
ptioni praesenti per literas eiusdem Castellani Sendominien. et Mitten-
tem ac Nobiles duos ob destinatos et requisitus idem regens fuerit pro tem-
pore suprascripto reatum reponere et persoluere eumque Castellanum Sendomir.
et eius successores de bonis suprascriptis obligatis coram officio Castren.
Capitaneali Nouae Civitatis Korczyn non reuocando se ad formam exemptionis
propriae et competens eximere. Idque sub vadio suprascripto Decem millium
floren. pecun. polon. ob non completionem promissorum tam in toto
quam in parte per eundem regentem et eius successores praefato Castellano
Sendominiensi et eius successoribus ad soluendum succumbens. Caeterum idem
regens dat et concedit plenariam facultatem eidem Castellano Sendominiensi
et eius successoribus inscriptionem praesentem obligationis ex his Actis

Castren Praemislien ad Acta Terrestria Praemislien sive Przeworscen
perpetua quandocunque voluerit in absentia eiusque regentis transporta-
re et in Acta eadem Terrestria inducere Cui transportationi idem regens
aut suis successoribus contradicere et impugnare non debebit prout se
et suos successores ratione praemissorum inscribit et obligat praesentibus
Sub vadio simili Decem millium floren pecun polon per
eundem regentem et eius successores praenominato Castellano Sendo-
miriensi et eius successoribus ob non Completionem praemissorum om-
nium ad solvendum succumbens De quibus quidem vadio seu vadiis
taliter ad solvendum succumbens ac re aliqua praemissorum ex praemissis non
completa citatusque ex nunc praenominatus regens suique eius posteri citati ad instan
praefati Castellani Sendomirien vel eius successorum. Ad officium
praesens Castrense Capitaneale Praemislien sive etiam Castren Capitan
Novae Civitatis Korczyn ex tunc recedens ut supra a Terris distri-
ctibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competen-
se vero cum successoribus bonisque suis quantum omnibus iurisdictioni offi-
cii praefati ad quod ex praemissis citatur quoad respondendum et inscri-
ptioni praesenti in toto satisfaciendum incorporans in primo Citationis
termino tanquam peremptorio stare parere iudicio praemissisque praefa-
tis ac re aliqua praemissorum ex praemissis non adimpleta complenda to-
ties quoties opus fuerit tam in toto quam in parte satisfacere debe-
bit ac tenebitur seque ac successores suos inscribit et obligat praesenti-
bus eundem Terminum primum peremptorium et alios vero consequen-
tes eiusque causae Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro

maiori



maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ac ad munimenta vel aliis quibusuis legalibus
impedimentis et dilationibus non differendo adquietationem ultra praefatos
Terminos officii praefati ad quod ex praemissis citatur dilationem
sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes [illegible] exceptio-
nes faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel multiplicatis o-
nerationibus fatalibus iuris praescriptione Terrae Bello Conventionesque et aliis
quibusuis iuris remediis et defensionibus non subterfugiendo praesen-
ti inscriptione sua mediante.
Constitutus subinde coram praesenti Castren Capitan Praemislien officio
Actisque praesentibus personaliter comparens Generosa Anna Grabinska
consors suprascripti Generosi Joannis Ligeza cum Generosorum Gregorii
Grabinski fratris sui germani et Joannis Smuszewski amici
de linea paterna proximorum consensu et assistentia sani mentibus
et corporibus existens Recedens a Terris districtibus iurisdicti-
onibusque suis quibusuis propriis et competen se vero cum succes-
soribus bonisque suis omnibus iurisdictioni officii praesentis quoad actum
hunc attinet plenarie incorporans et subiiciens palam libere ac
expresse recognovit et quilibet coram ex suo interesse recognovit
Quia ipsa super inscriptionem suprascriptam obligationis bonorum
suprascriptorum Zwiencayesa per praefatum maritum suum praenomi-
nato Castellano Sendomiriensi modo suprascripto factam et ele-
gnetam dotalibus suis [illegible] et [illegible] quibusuis
iuris ab eodem marito suo quouis modo habito et [illegible]

et se in bonis eisdem Zwienczyesa quomodolibet extendens quoad
bona supra scripta Zwienczyesa spectat consentit eamque inscriptionem
respectu uirium ipsius suprascriptorum in omnibus conditionibus eiusdem
inscriptionis in toto approbat et ratificat praesentibus. Sellum uim suum re-
formatorium et aduitalicialem super alia bona generaliter et summas
pecuniarias praefati mariti sui in omni robore reseruans hac quare
cognitione mediante.

## Ligeza Dzierżkom Coniugibus tenebitur soluere.

Ex Cra Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan.
Premisliens. Generosus Joannes Ligeza de Bobrek filius olim Generosi
Andreae Ligeza sanus mente et corpore existens a foris dictis iuribus
iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competen. recedens huicque autem
iurisdictioni Castren. Premislien. quoad actum praesentem attinet se eius
successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie in-
corporando et subiiciens et subiiciendi palam libere publice et expres-
se recognouit. Quia ipse Generosis Nicolao Dzierzek Krzyniecki
et Helizabethae de Brzeziny coniugibus eorumque posteris summam
quadringentorum florenorum pecuniae monetae et numeri in Regno curren-
tis quemlibet florenum grossis triginta polon. computan. certi ueri iusti
et liquidi debiti mutuatique apud ipsos per se recognoscen. pecunia
tenebatur et debet. Quam quidem summam debiti quadringentorum
florenorum pecuniae polon. idem recognoscens Generosus Joannes Ligeza de Bo-
brek se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus
et summis pecuniariis habitis et habendis eisdem Generosis Nicolao

Dzierzek



Dzierzek Krzyniecki et Helizabethae de Brzeziny Coniugibus et ipsorum
posteris inscribit et obligat praesentibus. Hinc pro die et Festo Natiuita-
tis sancti Joannis Baptistae proxime et immediate venturo dare soluere
et coram officio Actisque praesentibus Castren. Capitan. Premislien. reali-
ter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ab eoque
officio non [illegible] necon [illegible] velquouis alio modo impugnare
Iosque subvadio similis summae quadringentorum florenorum pecuniae polon.
si quaeque recognoscens aut eius successores praefatis suis Creditoribus
et ipsorum posteris ob non solutionem summae praefatae primitus pro tempore
et loco suprascriptis ad soluendum succumbens. Insuper praesenti atque
recognoscens Generosus Joannes Ligeza de Bobrek eisque Creditori-
bus suis eorumque posteris dat et concedit plenariam facultatem et
omnimodam potestatem inscriptionem praesentem debitoriam ex his
Castren. authentice depromptam ad Acta Terrestria Premislien. quan-
documque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti
valebit acsi per ipsummet recognoscentem transportaretur. Eo quo quis
vadio modo commisso ad soluendum succubito ac summa ipsi primitus
non soluta soluenda citatus existens memoratusque recognoscens Generosus Joan-
nes Ligeza de Bobrek aut eius successores ad instantiam praefato-
rum Generosorum Nicolai Dzierzek Krzyniecki et Helizabethae de
Brzeziny coniugum aut eorum posterorum ad officium praesens Castren.
Capitan. Premislien. ex hinc recessu suprascripto quoad respondendi
spectat mediante semper in primo citationis [illegible]